



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Capvt II. De Verbi Dei concionatoribus, & quæstoribus eleemosynarijs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

† *Docuerint* Quid si sponte, & voluntariè legant sine stipendio, in cathedra? Vide *Grac. d. c. 2. n. 60.* vbi resoluit hoc non sufficere, se-
cus si legant cum licentia vniuersitatis, seu claustrî, sive collegij Do-
ctorum.

CAPVT II.

De Verbi Dei concionatoribus, & quatoribus elemosynarijs.

*a infr. Sess.
24. c. de ref.
b 11. Tolet.
c. 2.*

QVIA verò a Christianæ Reipublicæ non minùs ne-
cessaria est *β* predicatio Euangelij, quàm lectio; & b hoc
est *γ* præcipuum Episcoporum munus; statuit, & decreuit ea-
dem sancta Synodus, i omnes Episcopos, Archiepiscopos,
Primates, & omnes alios ecclesiarum Prælatos teneri per
seiplos, si legitimè impediti non fuerint, ad prædican-
dum sanctum Iesu Christi Euangelium. Si verò contige-
rit Episcopos, & alios prædictos legitimo detineri impe-
dimento; *δ* iuxta formam c generalis Concilij 2 viros idoneos af-
sumere 3 teneantur ad huiusmodi prædicationis officium sa-
lubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere con-
tempserit, districtæ subiaceat ultioni. Archipresbyteri
quoque, Plebani, & quicumq; Parochiales, vel alias curiæ
animarum habentes ecclesias quocunq; modo obtinent,
a per se, vel alios idoneos, e si legitimè impediti fuerint, d diebus
saltè Dominicis, & Festis solemnibus plebes sibi commis-
sas pro sua & earum capacitate pascant salutaribus verbis;
docendo, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem,
annunciandoq; eis cum breuitate & facilitate sermonis
vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat;
vt pœnam æternam euadere, & cœlestem gloriam conse-
qui valeant. Id verò si quis eorum præstare negligat, etiã
si ab Episcopi iurisdictione quauis ratione exemptum se
esse prætenderet; etiã si ecclesie, quouis modo exemptæ
dicerentur, aut alicui monasterio, etiã extra diœcesim
existenti, forsan annexæ, vel vnitæ, modo re ipsa in diœce-
si sint, prouida pastoralis Episcoporum sollicitudo non de-
sit; ne illud impleatur; e Paruuli petierunt panem, & non
erat qui frangeret eis. Itaq; vbi ab Episcopo moniti trium

*a Conc. Lat.
sub Inn. 3 c.
20. c. inter ce-
tera de off.
aud. ord. Vnde
post finem
huius lib.*

*a Conc. Con-
stant. c. 2. c.
exij. §. habet-
ur etiam de
ver. sig. Conc.
Lat. ult.
Sess. 11.*

e Hier. chr. 4

men-

mensium spatio muneri suo defuerint, per censuras ecclesiasticas, seu alias, ad ipsius Episcopi arbitrium cogantur; ita ut etiam, si ei sic expedire visum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præstet, honesta aliqua merces perfoluatur, donec principalis ipse respiciens officium suum impleat.

Si quæ verò parochiales ecclesiæ reperiantur subiectæ monasterijs in nulla diœcesi existentibus; si Abbates, & regulares Prælati in prædictis negligentes fuerint; à Metropolitanis, in quorum prouincijs diœceses ipsæ sitæ sunt, tanquam, quo ad hoc, Sedis Apostolicæ delegatis, compellantur. neque huius decreti executionem consuetudo, vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, siue recursus impedire valeat, quousque desuper à competenti iudice, qui summarie, & sola facti veritate inspecta procedat, cognitum & decisum fuerit. *a* & Regulares verò cuiuscunq; ordinis, nisi à suis Superioribus de vita, moribus & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, *5* etiam in ecclesijs suorum Ordinum, prædicare non possint: cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, *6* antequam prædicare incipiant. *7* In ecclesijs verò quæ suorum Ordinum non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum *b* etiam Episcopi licentiam habere teneantur; sine qua ipsis ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint. ipsam autem licentiam gratis Episcopi *8* concedant.

Si verò, quod absit, prædicator errores, aut scandala disseminauerit in populum, etiam si in monasterio sui, vel alterius Ordinis prædicet; Episcopus ei prædicationem interdicit. Quod si hereses prædicauerit; contra eum, secundum iuris dispositionem, aut loci consuetudinem *9* procedat; etiam si prædicator ipse generali, vel speciali priuilegio exemptum se esse prætenderet. quo casu Episcopus auctoritate Apostolica, *10* & tamquam Sedis Apostolicæ delegatus procedat. Curent autem Episcopi, ne quis prædicator vel ex falsis informationibus, vel alias calumniosè vexetur, iustamve de eis conquerendi occasionem habeat.

λ Cautant

a Conc. Lat.
alt. Sess. 17.
de modo
præd.

b c. an. c. m.
nicamie, h.
quia vero, de
heret. infr.
Sess. 24. c. 4.
de reform.

¶ *Caveant præterea Episcopi*, ne aliquem, vel eorum, qui cum sint nomine Regulares, extra claustra tamen, & obedientiam religionum suarum viuunt; vel Presbyterorum sæcularium, nisi ipsis noti sint, & moribus atque doctrina probati, etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu in sua iurisdictione vel diœcesi prædicare permittant, donec ab ipsis Episcopis super ea re sancta Sedes Apostolica consulatur; à qua priuilegia huiusmodi, nisi tacita veritate, & expresso mendacio ab indignis extorqueri verisimile non est.

a Conc. Lat. sub Inn. 3. c. 12. c. cū ex eo, de penit. & remiss. clem. ab usibus. infr. Sess. 21. de refor. c. 9. a. ut officium h. cōpescendi. de har. in 6.

¶ *Questores à verò elemosynarij*, qui etiã *Questuarij* vulgò dicuntur, & cuiuscumque conditionis existant, nullo modo nec per se, nec per alium prædicare præsumant, & contra facientes ab Episcopis, & Ordinarijs locorum, priuilegijs quibuscumq; non obstantibus, opportunis remedijs omnino arceantur.

Indictio futura Sessionis.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit, & decernit, primam futuram Sessionem tenendam, & celebrandam esse die Iouis, Feria 5. post festum B. Iacobi Apostoli.

Prorogata deinde fuit Sessio ad diem XII. mensis Ianuarij;
M. D. XLVII.

DECLARATIONES.

1. *Omnes Episcopos*,] Episcopus vel debet per seipsum prædicare, vel sumptibus suis alium conducere qui id munus exequatur.
2. *Viros idoneos assumere teneantur*,] Seipsis solis absque consensu Capituli, vt infra notatur, sess. 24. c. 4.

Stante Decreto Concilij hoc c. & c. 4. sess. 24. deputatio prædicatoris in Cathedrali Ecclesia pertinet ad solum Episcopum: ita quod Canonici & Capitulum nõ possint se intromittere in huiusmodi deputacione, nec inconsulto, vel contradicente Episcopo aliquem ad prædicandum in Cathedrali etiam ex prædicatorib. ab ipso Episcopo approbatis approbare, deputare seu admittere. Congregacio enim censuit ad solum Episcopum pertinere in sua Cathedrali, nulla

habita

habita ratione consuetudinis etiam immemorabilis, qua competere-
ret Capitulo, vel de consilio Capituli.

3 *Teneantur.*] Dum dubium est quorum sumptibus conducendus sit Concionator pro quadragesima, debet Episcopus eum interim proprio sumptu conducere.

Episcopus debet sumptibus proprijs conducere in Ecclesia Cathedrali aliquem prædicatorem, non obstantibus quibuscumq; consuetudinibus & immunitatibus, vide c. 4. sess. 24. de Reform.

Si communitas alicuius loci solet ex immemorabili consuetudine, de mercede prædicatoris providere, ad eam de cætero tribuendam cogenda est.

4 *Per se vel alios idoneos, &c.*] Ordinarius debet ipse eligere Prædicatores, nisi in contrarium sit consuetudo ab immemorabili tempore citra, & si Curatores animarum per se volunt munus prædicationis obire, non debent impediri.

5 *Etiā in Ecclesijs suorum Ordinum.*] Regulares in ecclesijs suorum ordinum prædicare volentes, non tenentur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum a suis superioribus, de vita, moribus & scientia examinari & approbari debent, ac ab eis habere licentiam, & cum ea se personaliter coram Episcopo præsentare, ab eoque petere benedictionem, tamen si eam non obtinuerint.

6 *Antequam prædicare incipiant.*] Si præsentatus fuerit prædicator idoneus Ordinario, iuxta hoc decretum, non est ei deneganda licentia. Nec poterit Ordinarius ad libitum & sine rationabili causa suspendere a prædicatione.

7 *In Ecclesijs verd.*] Consuetudine præsupposita, Prædicator deputatus ab Ordinario in aliquo populo prædicare in Ecclesijs Regularium (etiam si esset alterius ordinis) potest, & Episcopus potest Regulares compellere, si noluerint admittere exterum in eorum Ecclesia ad prædicandū, ut servetur consuetudo: sed si prædicatores eiusdem ordinis haberi possunt, cæteris paribus sunt præferendi.

8 *Concedant.*] Et quando exprimitur (de licentia sui superioris) in Ecclesia seculari semper intelligitur Episcopus, nisi esset Ecclesia nullius diocesis: nec obstat si iste superior esset exemptus.

9 *Procedat.*] Congregatio Concilij censuit, per confirmationem privilegiorum Regularium, à Sancta sede Apostolica, non derogatur huic Decreto Concilij, nisi in ipsis privilegijs appareat expressa dispositio, quæ contraria sit dictæ dispositioni Concilij.

REMISSIONES.

Vide latè P. Valer. Reginald. in praxi fori pœn. li. 18. nu. 118. cum seqq. Fr. Ioan. de la Cruz, de statu Reli. lib. 1. c. 7. du. 2.

Prædicatio Evangelij.] Concordat Concil. Toletan. II. cap. 2. Concil.

Concil. Carthag. 4. c. 20. c. Episcopus nullam ss. distinct. Repert In-
quis. verbo prædicatio, Quarant. in summa bullarij, verbo prædi-
cator.

γ *Præcipuum Episcoporum munus.*] Declaratum fuisse per Clem.
8. non concedi prædicationem Episcopo extra suam dioccesim, cum
possit prohiberi ab Ordinario, cuius est diocesis, testantur praxis
Archiepif. Neapol. c. 58. & Stephan. Gracian. discept. forensium c. 393.
à num. 9. vbi num. 11. resoluit, quod priuilegium Episcoporum, vt per
vniuersum mundum possint prædicare, iuxta illud Matth. 9. & Marc.
vlt. & in cap. in nouo 21. dist. intelligitur nisi in alienis dioccesibus
prohibeantur ab Episcopis illius loci, quasi potestas prædicandi sit
intelligenda in proprio populo, non in alieno. Fusc. de visitat. li. 2. c.
20. nu. 23. in fin.

δ *Iuxta formam generalis Concilij.*] Scilicet Lateran. c. 10. sub Innoc.
III. Et refertur in c. inter cætera, de officio iudicis ordinat.

4 *Si legitime fuerint impediti.*] Concordat Concil. Constant. 6. c. 8. c.
exijt, §. habetur etiam, de verbor. signif. Concil. Lateran. vlt. sess. tr. P.
Valer. Reginald. d. lib. 18. n. 119.

ζ *Regulares verò, &c.*] Vide latè Fr. Emman. q. Reg. to. 3. q. 32. art. 1.
cum seqq. P. Valer. Reginald. in praxi li. 18. nu. 123.

η *Etiã in Ecclesijs suorum ordinum.*] Sacra Cardinalium congrega-
tio ita censuit. Regulares in Ecclesijs suorum ordinum prædicare
volentes non tenentur ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum
à suis superioribus de moribus, & scientia examinari, & approbari
debere, ac ab eis habere licentiam, & cum ea se personaliter coram
Episcopo præsentare, ab eoque petere benedictionem, tamen eam
minime obtinuerint. refert Fr. Emman. d. q. 32. art. 5. resoluit P. Valer.
Reginald. d. lib. 18. num. 123.

θ *In Ecclesijs verò qua suorum ordinum non sunt, &c.*] Gregor. XIII.
concessit Societati Iesu, quod huius sacræ religionis confessarij, ac
prædicatores ab aliquo Ordinario semel approbati, & à suis superio-
ribus ad huiusmodi munera deputati, quando cumque, siue mari, siue
terra iter faciunt, possint, non repugnantibus tamen curatis paro-
chialium Ecclesiarum, verbum Dei prædicare; & quorumcumque
Christi fidelium confessiones audire, dummodo id nõ faciant in op-
pidis, aut locis, in quibus Ordinarij existunt, nisi eorum licentia de-
super obtenta. refert Fr. Emman. d. q. 32. art. 6. vbi in fine dicit illo pri-
uilegio frui Prædicatores Ordinum Mendicantium, & alij, qui cum
ipsis communicant in priuilegijs concessis, & concedendis.

ι *Si verò.*] Vide Fr. Emman. qu. Regul. tom. 2. q. 32. art. 8.

κ *Et tanquam sedis Apost. delegatus procedat.*] Vide Fr. Emman. qu.
Reg. tom. 1. q. 8. art. 7.

λ *Caveant præterea Episcopi.*] Vide Fr. Emma. q. Reg. to. 3. q. 32. art. 9.

μ *Quæstores verò elemosynarij.*] Vide Cened. ad Clem. & Extrauag.
collect. 9. Fr. Emman. d. q. 32. art. 11.

Constitutum est apud Lusitanos per Ordin. regiam lib. 5. tit. 103. ne quæstiones alicuius Sancti nomine petitoria facientes permittantur, nisi regie literæ ostendantur: si aliter factum sit, omnes pecunias ab illis quæstas quæstori redemptionis captiuorum tradendas præcipit, vt per Cardos. in præxi iudicium, & aduocat. verbo eleemosyna, nu. 2. practicarum fuisse refert Cabed. p. 1. decis. 193. Similis apud Hispanos extat l. 1. & 2. tit. 8. li. 1. ord. vbi Perez, nunc l. 1. tit. 9. li. 1. & l. 37. tit. 6. li. 3. nouæ Recopil. vbi Azeued. vide Auend. de exequendis mand. lib. 3. c. 30. & apud Gallos idem regij Senatus decretis dispositum asserit Renat. Chopin. de sacra Politia, li. 3. tit. 5. a nu. 23.

¶ *Cuiuscunq. conditionis existant.*] An comprehendat Mendicantes religiosos pro suorum conuentuum sustentatione eleemosynas quæstuantes? Negant Nauar. l. 3. consil. ti. de Regularib. cons. 79. n. 3. latissime Fr. Emman. qu. Reg. tom. 2. q. 57. art. 7.

SESSIO SEXTA,

CELEBRATA DIE XIII. MENSIS

IANVARIJ, M. D. XLVII.

Decretum de iustificatione.

P R O O E M I V M.



VM hoc tempore, non sine multarum animarum iactura, & graui Ecclesiasticæ vnitate detrimento, et ronea quædam disseminata sit de iustificatione doctrina: ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, Ecclesiæ tranquillitatem, & animarum salutem, sacrosancta cœcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsentibus in ea nomine Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Pauli, diuina prouidentia Pap. III. Reuerendiss. Dominis, Dominis Ioan. Mariæ Episcopo Prænestino, de Monte, & Marcello tit. S. Crucis in Hierusalem presbytero, S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis, exponere intedit omnibus Christi fidelibus, veram sanamq. doctrinam ipsius iustificationis, quam Solius iustitiæ Christus Iesus, & fidei nostræ auctor, & consummator, docuit.